



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Injuria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

## INCESTUS.

**I**Ncestum committens, tam in muliere, quam in homine, quomodo puniatur, vide Clar. §. incestus, ver. sed quero, que sit pœna, ubi habetur, quod mulier quædam fuit fustigata, quædam pecunia multata, quidam ad triremes condemnatus.

## INCOMPATIBILITAS.

**P**RIMÙ, incompatibilia beneficia, quæ dicuntur, vide Rebuff. de dispensat. et at. in ver. incompatibilis, à n. 1. & infra, vide in ver. parochia, §. 4. & in ver. canonica, §. 6. Staphyl. de lit. grat. f. 73. num. 9. Selua tract. de benef. qu. 3. 9. p. 3.

Secundù, duobus modis potest dici incompatibilitas, primù, ratione sufficientiæ, & sic habere plura beneficia, etiam simplicia, non licet sine peccato, si unum tantum est sufficiens, ita D. Hier. in c. 1. 44. dist. Selu. loc. cit. Conc. Trid. fess. 24. c. 17. de reform. secundù, residentiæ, ut duos canonicatus, duas parochiales, duas præbendas, duas capellaniæ, & quæcunque beneficia, & requirentia residentiam de jure statuto, consuetudine, legato, Staph. nu. 73. nu. 2. & 9.

## INGRESSUS RELIGIONIS.

**Q**Uando jura loquuntur de ingressu Religionis, prout Bul. Pii V. 50. de admitt. resign. & alia quam plurima jura, de quo ingressu loquuntur, de

ingressu monasterii solum, absque susceptione habitus, vel de habitus susceptione, absque professione, vel de professione?

Respondeatur, quoad primum, Nav. conf. 6. de regul. quod incurrit excommunicatio, prout fess. 25. ca. 18 de reg. quoad secundum & tertium, intelligi debet vacare beneficium, prout in cap. si annum, de regul. lib. 6. cætera vide in ver. posseſſio, & in ver. monac. & in ver. Regularis.

## INURIA.

**P**RIMÙ, pro injuria facta Ecclesiæ, vel Episcopo, vel personæ ecclesiasticæ, judex potest procedere ex officio, ut in l. si quis in hoc genu, per Bal. capit. de Episc. & cler. facit, ca. si quis deinceps, 17. qu. 4. Afflict. in const. num. 50.

Secundù, injuria potest fieri duobus modis, & dicit Clarus in §. injuria. sed ego addo tertium, nempe verbis, factis, id est, percussione, & scripto, ut libellis famosis, prout dictum est in 1. p. in ver. libellus famosus, vel literis, vel cantilenis, & de pœnis injuriarum, vide Clar. loc. cit.

## INQUISITORES.

**I**nquisitores generales possunt procedere contra maleficas, incantatores, & superstitionum observatores, Alex. VI. Bull. 12. Adria. VI. Bull. 5. etiam contra prælatos hæreticos, & hæreticorum fautores, Pius IV. Bull. 84. & possunt legere, & tenere libros prohibitos, & a-